





2643a

No: xxxii

1710, 11

15

^{Q. D. B. F.}
JURIS
CONTROVERSI
THEORETICO-PRACTICI
DECAS VII.

^{QVAM}
SUB PRÆSIDIO
DN. LÜDERI MENCKENII, JC.
 CONSILIAR. REGII ET ELECT. DE-
 CRETALIUM PROF. PUBL. ET FACULTATIS
 JURIDICÆ LIPSIENSIS ORDINARIÏ, &c.
PATRONI ATQVE PRÆCEPTORIS SUI
SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTATEM
DEVENERANDI

^{IN}
AUDITORIO JCTORUM
 PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
 SUBMITTIT
JO. VALENTINUS SCHMIDIUS,
 LIPS.

AD D. VI. MART. A. M DCC X.

LIPSIÆ,
 LITTERIS IMMANUELIS TITIL.

719.



178
1234567890
VENERANDO
DN. PARENTI SUO
SPECIMEN HOCCE,
TANQVAM TENUE MENTIS GRATÆ
DOCUMENTUM,
PRO INFINITIS BENEFICIIS,
QVORUM IMMORTALEM TUERI
MEMORIAM CUPIT,
PIETATIS TESTANDÆ ERGO
OFFERT
FILIUS OBSEQVENTISSIMUS.



CONTROVERSIA I.

Annum spatium Retractui, ex Jure agnationis, in feudis definitum, currit à tempore contractus celebrati cognitique, non demum ex facta traditione.



Quoniam retrahendi jus, animi destinatione speciali accedente, exercetur, vera ac certa emtionis venditionis perfecta scientia est opus. *l. 76. ff. d. R. f. j. l. 9. ff. de acquir. vel om. hered.* qua quaesita non à tempore traditionis demum, sed ex quo cognitus est contractus emtionis venditionis, currit annum spatium retractui definitum. *a. II. f. 26. §. Titius filios. II. f. 9. §. 1. c. 8. X. d. in integr. rest. verb. à tempore contractus &c.* tum enim, cum consensu perfecta est emtio venditio, atque retractum usurpaturo innotuit, plena facultas ipsi deliberandi competit & arbitrium exercendi

A 2

jus

119.

ius quaesitum. *a. l. 8. ff. d. peric. & comm. rei vend. pr. l. d. emt. vend.* quod à traditione non dependet, quippe quæ ad contractus consummationem, non perfectionem, pertinet. *a. l. 11. §. 2. ff. d. action. emt. §. 3. l. d. emt. vend. (a)* unde *P. 2. Const. Elect. 32. §. 110* aber *ic. utitur verbis: innerhalb Jahres Frist / ob gleich das Gut verfaufft und einem andern tradiret.*

[a] Conf. *CARPZ. P. 2. C. Elect. 32. def. 3. ibique GOSW. ab ESBACH. verb. rectius. RICHT. dec. 76. n. 144. PHILIPP. d. Subst. c. 4. comm. 12. n. 64. seqq. Dn. STRYK. de Success. ab intest. Diff. 6. c. 4. §. 61. ROSENTHAL. Syn. feud. c. 9. membr. 2. conclus. 93. n. 12. Dn. BERG. ad O. P. S. t. 40. obs. 4. not. 4. Diff. BERL. P. 2. Conclus. 40. n. 34.*

OBST. 1. Quod textus *II. f. 26. §. Titius filios.* annum à tempore alienationis computet, adeoque ad dominii translationem factam per traditionem respiciat. *a. l. 20. C. d. Pactis.* cum alienari non censetur quod in dominio nostro perseverat. *a. l. 67. ff. d. V. S. RESP. (1)* ex textu manifestiore petendam esse declarationem, nempe ex *c. 8. X. d. in integr. rest. verb. à tempore contractus. j. c. 1. X. d. nov. op. nunc. Nov. 83. c. 1. (2)* distinguendo inter alienationis actum & consummationem, ille non hæc in præscriptione ista annali requiritur. *a. l. 21. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. l. 19. §. ff. d. Edil. edict. (3)* Vocem alienationis in stricto & lato sensu accipi, hoc significatu etiam ad translationem aliorum jurium in re. *l. f. C. d. Reb. al. non alienand. & amissionem nondum perfecte acquisite pertinet. a. l. 5. §. ff. d. reb. eor. qui sub tut. j. l. 6. §. 4. ff. quæ in fraud. cred. hinc alienasse dicitur, qui rem alienam vendidit. l. 8. §. 2. ff. d. alienat. jud. mut. caus.*

OBST. 2. Retractum exerceri refuso pretio. *d. text. II. f. 9. §. porro.* adeoque consummato per solutionem contractu ab emtore, unde consummatio etiam per traditionem in venditore facta esse

se præsumitur. *l. 13. §. 1. ff. d. act. emt.* RESP. Refusio-
nem pretii illic revocationi jure successionis, tanquam gratuita,
opponi, & sæpe alium esse traditionis, alium solutionis termi-
num, neque hunc ex traditione necessarid præsumi, emtorem
tamen per traditionem in mora solvendi regulariter constitui.
l. 13. §. 20. ff. d. act. emt.

OBST. 3. Quod verba *P. 2. C. El. 32.* Ob gleich das Gut tradiret/in-
ferant diversitatem inter retractum legalem exercituros. c.
g. agnatos & liberos, cum his post traditionem non competat
retractus beneficium. *P. 2. C. El. 31.* RESP. negando conse-
quentiam, cum filiorum jus retractus *ex d. Constitutione* sit per-
petuum, agnatorum annale, adeoque ad dissimilem naturam
habens jus retractus non respiciatur, sed Jus Commune, de agna-
tis disponens, hoc modo declaretur. *a. II. f. 26. §. Titius filios.*

CONTROV. II.

Quoties defunctus juramentum detu-
lit, & ante præstationem juramenti
calumniæ vita excessit, hæres illius de
credulitate jurare tenetur.

Quando defunctus detulit juramentum, & ante præstationem
jurisjurandi calumniæ vita excessit, hæres ejus à juramen-
to calumniæ, de credulitate præstando, non sunt immunes, nam
prius, quàm principale juramentum persolvatur, de calumnia ju-
randum esse, si id exigatur, generalibus verbis *l. 34. §. 4. ff. d. jurej.*
ostendit, & de calumnia non jurantem remittenti jusjurandum
exæquat *l. 37. ff. eod.* hæres autem, licet de intentione defuncti
certus non sit, at tamen temeritatem ejus potest cognovisse, ac

proinde meritò de credulitate jurat, cum facta à defuncto delationi jurisjurandi insistat. *d. l. 34. §. 4. & lex deficiat, quæ ipsum à jurandi necessitate absolvat. a. Nov. 18. c. 5. ita pron. Fac. Jur. Lipf. Mens. Mart. 709. an H. H. W. M. Z. H. in C. N. St. Kl. :/:*
S. B. Bess. verbis: sondern es seynd Kl. Principalen den Eyd vor Gesehrde de credulitate zu schweren schuldig. (a)

(a) Diff. *BERL. P. 1. Concl. 31. n. 25. MART. ad O. P. S. t. 18. §. 6. n. 47. Conf. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1383. Conf. idem p. 1329. Dn. BERG. ad O. P. S. t. 18. nor. 4. p. 586. seq. NICOL. ad Proc. P. 1. c. 39. n. 14. in f.*

OBST. 1. Quod jusjurandum hoc in propria persona ejus, cui injunctum est, sit præstandum. *a. O. P. S. t. 18. §. f. RESP. hæredem, interpretatione juris, defunctum repræsentare. N. 48. &c, ob justam intentionis defuncti ignorantiam. a. l. 42. ff. d. R. 7. de credulitate jurare. a. P. 1. C. El. 24.*

OBST. 2. Morte intercedente juramenta haberi pro præstitis, quia per eventum mortis stetit, quo minus juraret defunctus. *a. l. 161. ff. d. R. 7. l. 24. ff. d. cond. & dem. RESP. Conditionem jurandi specificè adimplendam esse. l. 55. ff. cod. neque ex generali, deficientis animi pejerandi, præsumptione deduci posse fictionem, qua juramentum pro præstito habeatur, citra specialem legis dispositionem, quæ facti est, adeoque probanda. l. 7. §. f. ff. d. cur. fur.*

OBST. 3. Quod hæredis juramentum plurimum discrepet à principali sacramento. *l. 12. C. d. reb. cred. RESP. hæredem de intentione defuncti non quidem certam, attamen probabilem, habere censeri notitiam, atque credulitatis juramentum ejus rectius admitti. a. l. 2. §. 2. C. d. jurej. propr. cal. dand. quàm isti, cui delatum est juramentum, necessitatem jurandi, citra ullam jurisjurandi calumniæ præstationem, imponi.*

CONTR.

CONTR

Jus reluendi creditorum jure Sax. El. O.
P. S. t. 39. §. wann nun solches. §. damit
auch u. tributum, non est ad casum,
quo alium licitatione vicit, exten-
dendum.

Singularis est dispositio Juris Saxonici, qua creditori, emtore non invento, licitanti & obtinenti, intra annum, jus reluendi rem immobilem præbet O. P. S. t. 39. §. wann nun solches. §. damit aber. *Ord. Torg. d. A. 1583. t. vom feilbieten §. damit auch.* ne debitores alios emtores deterrere, & prædiorum venditionem impedire queant. *d. Ord. Torg. §. dieweil aber.* ista igitur ad casum, quo creditor alium emtorem licitatione sua superavit, & adjudicationem impetravit, extendenda non est. *a. c. odia. d. R. 7. 6. l. 14. ff. de Legibus. O. P. S. t. 39. §. damit aber verb. hierdurch it. auff solchen Fall.* arque sic pron. *F. J. L. Mens. Oct. Anno 705. an F. S. W. M. zu G. in C. J. P. N. :/; F. R. u. Conf. (a)*

- (a) Conf. *CARPZ. P. 1. C. El. 32. d. 59. id Proc. t. 25. art. 5. n. 19. BERL. P. 1. Concl. §. 1. n. 198. Dn. RIV. ad O. P. S. t. 39. en. 59. Diff. Dn. SWEND. ad Fib. Proc. p. 1066. n. 530. NICOL. Proc. Part. 3. c. 10. n. 17.*

OBST. I. Quod creditor regulariter jus licitandi non habeat. *a. l. 2. C. si in caus. jud. adeoque etiam ad licitationem admittus hoc onus relutionis subire debeat. a. l. 10. ff. d. R. 7. RESP. regulari-*

lariter illum admittendum esse & aliis præferri. *l. 16. ff. de reb. auct. jud. poss.* in primis in casu *l. 2. C. non existente vel dignum pretium non offerente alio*, ipsum admitti jure extranei, cui casui licitationis creditoris, quando emtor non est inventus, demum adjectum est onus reuisionis in *O. P. S. Conf. PHIL. d. Subb. C. 3. Comm. 10. BRUNN. ad d. l. 2. n. 6*

OBST. 2. Quod jus relinendi datur, quoties creditori licitanti prædium addicitur, verbis generalibus *O. P. S. t. 39. §. Damit aber der Schuldner. a. l. 1. §. 1. ff. d. leg. prest.* RESP. generalitas restringitur per verba: *Dadurch in solchem Fall. & notabiliter, ob speciales has circumstantias, cauta, citra legis assensum, ad dissimilem casum trahenda non sunt. a. l. 15. §. 26. ff. d. injur.*

CONTROV. IV.

Fœmina natalibus nobilis, per matrimonium cum ignobili contractum, non penitus exuit nobilitatem sanguinis; ac proinde vidua facta in iis locis, ubi saltem nobiles fœminæ geradam relinquunt, eandem ad cognatam devolvit.

Quoniam filix etiam sub familia nomine continentur. *l. 4. C. d. fideicom. & dignitas nobilitatis natalium altissimas egit radices, atque jura sanguinis, incidente dignitatis decremento per nuptias fœminæ nobilis cum ignobili, non illico extirpantur, sed saltem suspenduntur. a. l. 1. C. d. dignitat. l. 10. C. d. Nupt. solutoque*

toque matrimonio quodammodo redintegrantur. *d. l. 10.*
Viduam nobilem, post fata mariti ignobilis superstitem, relin-
quere in Thuringia forori geradam, quando inter nobiles fœ-
minas ea tantum recepta est, resp. *F. J. L. Mens. Febr. 702.* Id
quod corroborat textus des *LandR. l. 1. a. 45.* verb. ist ein
Mann seinem Weibe nicht ebenbürtig/er ist doch ihr Vormund
und sie ist seine Genossin und tritt in sein Recht / wenn sie in sein
Bette gehet/wenn er aber stirbt/so ist sie ledig von seinem Rech-
te/ und behält ihr Recht nach ihrer Geburt. (*a*)

(*a*) Conf. *NICOL. MYLER. ab Ehrenbach Gamolog. c. 5. S. 24. seqq.*
BRUNN. ad l. 10. C. d. Nupt. n. 7. SICHARD. ad d. l. 10. n.
4. HAVEMANN. Gamol. Synopt. l. 1. r. 5. pef. 5. n. 3. Diss.
VID. PAP. decis. 349. n. 2. it. 380.

OBSST. 1. Quod clarissima dicitur foemina quamdiu senatori
nupta est, vel clarissimo, aut separata ab ipso alii inferio-
ris dignitatis non nuphit. *l. 8. ff. d. Senat.* & nupta prius con-
sulari viro, nupta iterum minoris dignitatis viro, à Principe
impetrare teneatur, ut in consulari dignitate maneat, *l. f. ff.*
ead. quodsi id beneficii autoritate juris communis haberet,
privilegio opus non esset. RESP. dictos textus de dignita-
te matrimonio quæsitæ novis nuptiis minuenda aut extin-
guenda agere. *l. 13. C. d. dignit.* non de jure sanguinis, disso-
lutis nuptiis, salvo.

OBSST. 2. Uxorem forum mariti, ipso vivo, sequentem, post
mortem illius viduam, idem retinere, exemplo clarissimæ
personæ per maritum factæ. *l. 22. S. 1. ff. ad municip. j. l. 13.*
C. d. dignitat. RESP. Hic quoque de qualitate non nati-
vitate, sed matrimonio, comparata abolenda agi, quæ paris,
cum jure natalibus quæsitæ, virtutis non est. *a. l. 8. ff. d. R. 7.*
siquidem mors mariti fori non tollit beneficium. *d. l. 22.*

B

CONT.

119.

CONTROV. V.

Liberi queunt ex capite ætatis in integrum restitui adversus parentes utriusque sexus; quoties conjunctim restitutio contra factum parentis & parentem haud postulatur.

Cum pietas & reverentia parentibus debita erga matrem quoque sit contestanda. *a. l. 4. ff. d. cur. fur. l. 2. equi & advers. quos.* & implorato judicis officio, liberis læsis concessa restitutio in integrum contra matrem, quæ post gestam filiorum tutelam secundas amplexa est nuptias. *N. 155. c. 1.* exceptionem præbeat à regula, eandem confirmantem in casibus non exceptis. *a. l. 12. §. 43. ff. d. instruct. vel instrum. leg. (a)* regulariter matris etiam negotia, cum liberis celebrata, restitutione adversus eam indulta, non esse rescindenda, maxime quoniam ipsa *l. 2. C. qui & advers. quos.* parentum utriusque sexus meminit, rectè defenditur, ceu resp. *Fac. Jur. Lips. Mens. Mart. 702.* Nihilominus *d. N. 155. c. 1.* honorem atque obsequium parentibus conservans, modò nihil ab ipsis in liberorum detrimentum fiat, nondum, ob damna filiorum, in foro nostro ampliavit potestatem judicis in concedenda restitutione in integrum, sed subsistit illud, jure propitio, in denegatione illius restitutionis, quoties ea contra parentes eorumque factum postulatur. *a. l. 2. C. qui & advers. quos in integr. rest. non poss. (b)* in quam sententiam respondit *F. J. L. Mens. Mart. A. 700. Sept. ej. An.*

ej. Anni. Veruntamen adversus patrem & sententiam judicis, tanquam factum tertii. *l. 2. C. si advers. rem jud.* item contra factum patris, at non patrem, sed tertium, in quem collata v. g. donatio, non deneganda est restitutio. *l. 2. C. si advers. donat. j. c. 8. X. d. in integr. rest. l. 8. §. 6. C. d. bon. que liber.*

(a) Unde indulget adversus matrem, quæ tutelam gesserat & secundo nupserat, restitutionem *Fac. Jur. Lips.* Mens. Febr. 706. conf. Dn. *BERG. ad l. 2. C. qui & advers. quos in integr. rest. §. 38. & in supplem. p. 129.*

(b) Conf. *BRUNN. ad l. 2. C. qui & advers. quos. n. i. seqq. SALLICET. ad eand. n. i. BARTOL. ad d. l. STRAUCH. ad L. decis. Ex. 3. ad l. f. C. qui & advers. c. 2. n. 15. seq. Dn. BERG. ad d. l. 2. ib. 49. Diss. BACHOV. ad πρῶτα. 1. qui & advers. quos det. rest. n. 6. p. m. 1263. Conf. DUAREN. ad d. l. 2. C. p. m. 113.*

OBST. 1. Quod implorari iudex non possit adversus tertium, veluti donatarium, iudicem, qui sententiam tulit. *l. 2. C. si advers. don. l. 2. C. si advers. rem jud.* sed adhibenda sit patris, de cuius facto quæritur, persona, illiusque præjudicio negotium corrumpat, maxime si ad eversionem obligatus sit, **RESP.** Implorationem officii iudicis in restitutione ex capite ætatis etiam adversus tertium indulgeri. *l. 13. §. 1. ff. d. minor.* nec tantam tunc patrem sustinere offensam, quantam patitur, si & de facto ipsius & cum ipso principaliter contendatur.

OBST. 2. Fundamento destitui distinctionem, qua restitutio ex capite ætatis à reliquis separatur, præcipue quia *l. 2. C. qui & advers. quos.* nullo modo adversus parentes dari restitutionem, nec non omnem excludi restitutionem indicat, eamque eliminat, licet filius ob simplicitatem suam, non per

dolum patris, se circumscriptum esse contendat. RESP. ipsam *l. 2. C. de minoribus* haud obscure loqui, ac proinde ad alias restitutionum causas haud esse extendendam. *a. l. 5. C. d. dol. mal. j. l. u. §. 1. ff. eod.* nec obesse generalitatem verborum, quae ad materiam substratam restringi queant. *a. l. 67. ff. d. R. j. l. 27. C. de restam.* dolique non adhibiti injectam mentionem, eò quod reverentiae lex eum dissimulare jubet. *a. l. 27. §. f. ff. de minor. d. l. u. §. 1.*

OBST. *3. l. 3. §. 6. ff. d. minor.* ubi contra patrem arrogatorem indulgetur restitutio. RESP. Et in ipsa arrogatione circumscriptionem intervenisse. *d. l. j. l. 7. ff. d. dol. mal. & de restitutione adversus statum non publicum, ut civitatis, l. 9. §. 4. ff. d. minor.* sed familiae concedenda agi. *a. l. 1. §. 8. ff. ad SCum Turpil.*

CONTROV. VI.

Actio in factum de receptis merito conceditur adversus Postarum exercitores veredariosque publicos, quaestum ex receptione rerum facientes, quorum fidem viatores sequi tenentur.

Commendat Ulpianus Edicti de receptis utilitatem in *l. 2. §. 1. ff. naut. caup. stabul.* eò quod plerumque exercitorum fidem sequi, & res eorum custodiae committere, necessitatis est, & nisi ex recepto teneantur, materia datur cum furibus adversus eos, quos recipiunt, coeundi; hinc rationem edicti in
exerc-

exercitorum publico quæstu & fide eligenda consistere liquet. Quoniam igitur viatores vectores similesque personæ postarum exercitoribus ac veredariis publicis, den Land-Rutshern/ quæstum inde facientibus, sua pariter committunt, &, quod de exercitoribus navium, cauponarum, stabulorum à Pratore dictum in *l. 1. pr. ff. naut. caup. stabul.* ad ratium exercitores & lintrarios, licet de iis in edicto nihil cautum, per interpretationem, ob paritatem rationis, applicatur. *d. l. 1. §. 4.* nec idem est actionis in factum ex quasi contractu atque ex quasi delicto odium; nihil prohibet quo minus etiam ad veredarios publicos postarumque exercitores actio de receptis transferatur. *a. l. 32. ff. ad L. Aquil.* atque sic, ratione postarum pronuncia- vit *Fac. Jur. Lips.* Mens. Oct. A. 702. (a) ad meros autem aurigas, quorum conducta est opera, actio in factum produci non debet. (b)

(a) Conf. SCHILTER. *ad w. Ex. 12. th. 25. in f. Dn. STRYK. d. Action. forens. investigat. Sect. 1. membr. 9. §. 35. seq.* Conf. LAUTERB. *Tract. Syn. de naut. caup. stabul. §. 33. seqq.* MULLER. *ad Struv. Synt. Jur. Civ. Ex. 8. th. no. lit. d.*

(b) Conf. LAUTERB. *d. l. §. 34.* CARPZ. *P. 2. C. 26. d. 19. n. 5.* HART. *PIST. l. 1. q. 18. n. n.* Diss. RICHTER. *dec. 141. n. 15. 16.*

OBST. 1. Quod postarum exercitores veredarii que publici edicto Pratoris non contineantur. *a. l. 1. ff. naut. caup. Stabul.* eorumque opera pro certa mercede conducatur, adeoque ipsi ex contractu ad levis culpæ præstationem saltem teneantur. *a. l. 5. §. 2. ff. commod. j. l. 25. §. 7. ff. locat.* sed non ex recepto. RESP. Peregrinantium favorem & necessitatem fidei exercitorum postarum veredariorumque illorum se committendi ipsamque quæstus inde nascentis rationem ab exercitoribus tanto majorem sollicitudinem, publico bo-

no, exposcere, ne per mediastinos aliosve susceptores iter facientes decipiantur lædanturve. *a. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. Strabul. j. l. 1. §. 3. 5. ff. eod.* itaque de his si non verba, mentem tamen, edicti agere. *a. l. 1. §. 4. ff. eod. j. l. 17. ff. d. Legib.*

OBST. 2. Aurigarum malitia & circumveniendi viatores occasio, cum ipsi in aurigas quoque incidant sæpe, & fidem eorum satis indagare nequeant; proinde ratio edicti. *a. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. Strab.* ad illos quoque transferri posse videtur, præcipue quia hi, qui res perferendas pro mercede tradiderunt, cauponibus magistrisque navis comparantur. *l. 14. §. f. ff. d. d. furt.* RESP. Aurigas vulgares quaestum publicum non facere arbitrioque singulorum eligi, adeoque officium inquirendi in eorum fidem peregrinanti incumbere. *a. l. 19. ff. d. R. 7.* & exæquationem cum cauponibus ob interesse illius, qui epistolam transferendam accepit, ad tribuendam actionem furti, non simplicem aurigarum & cauponum æqualitatem, sufficere. *a. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. Strab.*

CONTROV. VII.

Filii familias, qui, durante patria potestate, contraxerunt, posteaque, sui juris facti, nihil aut modicum ex bonis paternis consecuti sunt, contra creditores istos, etiam hodie, beneficio competentiae uti queunt.

Filii

Filiifamilias, qui durante patria potestate contraxerunt, posteaque, sui juris facti, nihil modicumve ex bonis paternis acceperunt, adversus creditores suos beneficio competentiae fruuntur. *l. 2. pr. §. 1. ff. quod cum eo qui in al. pot. j. l. 156. §. 1. ff. d. R. 7.* Atque hoc moribus hodiernis mutatum non est: ipsa enim æquitas, quæ nullo exiguove patrimonio plerumque gaudentes, juxta Juris Civilis dispositionem, rigore exactioris in solidum haud onerari voluit, etiam hodie locum tuetur, idque, quod mutatum non est, stare haud prohibetur. *l. 27. C. d. Testam. l. 32. §. f. C. d. appellat. (a)* Itaque cum filiusfamilias pro patre fidejussisset, posteaque hæreditati paternæ se non immiscuisset, ex fidejussione autem, quam fecerat, conventus ad exceptionem competentiae confugeret, optimo id jure fieri, adeoque ipsum in id, quod facere poterat, saltem condemnandum esse. *a. l. 9. C. quod cum eo qui in al. pot. j. l. 2. ff. eod. l. 8. C. d. fidejussor. judicavit Fac. Jur. Lips. Mens. April. 709. an L. J. G. Z. P. G. V. 3. 3. in C. A. C. S. Nl. :/; J. J. B. Weff.*

(a) Conf. SCHILT. ad π . Ex. 27. §. 59. Dn. PRÆSES *Tract. Synopt. Pand. Theor. Pract. t. quod cum eo qui in al. pot. p. 214. j.* LAUTERB. *de Benef. Competent. §. 25.* FRANZK. *d. t. quod cum eo qui in al. n. 6.* MÜLLER. *ad Struv. S. 7. C. Ex. 20. §. 48. lit. d. Diss. JOHANN. VOETIUS Comment. ad π . d. t. n. 4. in f. conf. GROENEW. de Legib. abrog. ad l. 2. §. 9. C. quod cum eo qui in al. n. 2.*

O B S T. Quod hodie filii, etiam abstinentes à paterna hæreditate, in solidum teneantur, eò quod sibi, non patri, acquirant, adeoque ratio Juris veteris cesset, qua filiusfamilias patri acquirebant, ejusque facultates augebant; unde ex iis haud locupletatos id benignitatis experiri par erat,
ne

ne in solidum condemnarentur. RESP. Jure Digestorum & Codicis. *d. l. 2. ff. l. 2. C. quod cum eo qui in al. saluum fuisse beneficium competentia filii familias, atque mores, quibus sibi non patri acquirunt, particularibus, non universalibus, accenseri.* (b) Nam & patria potestas. *4. P. 2. C. El. 10.* illiusque effectus, nondum desit, & peculiorum adventitiorum irregularium à regularibus facta separatio. *l. 6. l. 8. C. d. bon. quæ lib.* non extinxit æquitatem, quæ cum filii fam. moderate agi, eosque, per paternas facultates locupletiores haud factos, ad beneficium competentia admittendos esse censuit, ceu allati casus decisio corroborat.

(b) RHET. *Instit. Jur. Publ. l. 1. t. 20. §. 1.* SCHILT. *Instit. Jur. Publ. l. 1. t. 8. §. 3.* Dn. STRYK. *Uf. Mod. π. 1. d. bis qui sunt sui vel al. juris §. 3.* conf. SAND. *l. 2. r. 7. d. 1.* HUB. *in Praelect. ad Instit. r. d. Patr. pot. pos. 3.*

CONTROV. VIII.

Tutor, proprio nomine conventus, id, quod debetur pupillo, compensare adversus creditorem non potest.

QVamvis tutor qui tutelam gerit, quantum ad provisionem pupillarem, domini loco haberi debeat. *l. 27. ff. d. admin. & peric. tut.* tutor tamen, proprio nomine conventus, id, quod debetur pupillo, compensare nequit: nam diversum est patrimonium & jus tutoris ac pupilli. *4. l. 23. ff. d. compens.*
§. 40

§. 4. I. d. *inoff. testam.* tutoribus, suo arbitratu, pupilli substantiam in usus suos convertendi occasio danda non est. *a. l. 38. ff. d. neg. gest.* creditorive invito alius, qui pro tutore compenset, obtrudendus. *a. l. 16. ff. d. Compens.* siquidem creditor compensare non cogitur, quod ali, quam debitori suo, debet *l. 18. §. 1. ff. l. 9. C. eod.* (a) Unde, cum tutor v. g. ad 600 solvendo à Cajo convenitur, Cajuſque pupillo 600 obligatus est, tutor adversus Cajum, ex persona pupilli frustra compensare conatur, ceu pron. *Fac. Jur. Lips.* Mens. Febr. A. 701.

(a) Conf. *ANT. FAB. in C. l. 4. t. 23. d. 8. n. 6. LAUTERB. ad π. t. d. Compens. ib. 8. CARPZ. P. 1. C. El. 8. d. 7. n. 5.* Conf. *PAUL. de CASTRO ad l. 23. ff. d. Compens.* Diss. *JOH. VOETIUS Comment, ad Pand. t. d. Compens. §. 8.*

OBST. 1. Quod tutor pupilli debitorem suo creditori delegare, atque ita se liberare, nomine pupillari quasi in solutum dato, potest. *l. 96. ff. d. solut.* adeoque nec compensatio ex pupilli persona tutori deneganda videtur, cum in utroque casu vertatur præjudicium pupilli & rationis paritas subesse existimetur. *a. l. 32. ff. ad L. Aquil.* RESP. tutorem tum demum per delegationem debitoris pupillaris liberationem querere, cum creditor in istam delegationem, etiam à tutore bona fide & sine fraudulenta collusionem factam, consentit. *d. l. 96. j. l. 1. C. d. delegat. l. 11. ff. d. novat.* verum compensatio adversus creditorem, autoritate juris, ipso jure, citra illius consensum, operatur. *l. 4. l. 11. ff. d. Compens.* id quod haud obscure diversitatem arguit.

C

OBST.

119.

OBST. 2. Compensationem vice solutionis esse, *l. 4. C. d. Compens.* sed alius pro alio recte solvit. *l. 23. ff. d. solut. l. 39. ff. d. neg. gest.* ergo etiam compensatione ex alterius persona jure uti putamur. RESP. solutio, ob interesse creditoris, suum consequentis & debitoris liberationem acquirentis, hoc quoque invito effectum habet, at compensatio ipso jure contingit & retrotrahitur ad tempus, quo cœpit mutuum debitum, atque hinc plurimum præjudicii continet. *l. 4. ff. d. Compens. §. 30. Id. actiō.*

OBST. 3. Quod compensatio ex pupillari credito admiffa tutori proffit nullumque pupillo, aut adversario, præjudicium faciat, & propterea approbanda fit. *z. l. 2. §. 5. ff. d. aqu. & aqu. pluv. arc. act.* quandoquidem, quasi brevis manus traditione, debiti utriusque solutio contingit &, sine nova lite litisve impensis, nominis pupillaris exactio fit. RESP. tam pupilli, cujus creditum in rem tutoris vertitur, metuendum esse detrimentum, quam creditoris, contra quem alienum debitum compensatur, invito jure. *l. 16. ff. d. compens.*

CONTROV. IX.

Tutor, ob debitum pupillare conventus, proprium debitum, invito creditore, in favorem pupilli, jure non compensat.

Quo-

Quoniam Pomponius in *l. 3. ff. d. compens. compensa-*
tionem esse necessariam indicat, eò, quod inter-
est nostra potius non solvere, quàm solutum repetere,
tutorem, ex debito pupillari conventum, suum com-
pensare creditum non prohiberi dixeris; siquidem pu-
pilli id cedit emolumento, de quo liberando, ex officio
tutelæ, sollicitus est tutor, adeoque, ex sua persona com-
ensationem objiciendo, sibi, non pupillo, præjudicat,
cujus commoda in administratione tutelæ hoc modo
promovet, cumque suum & pupillare patrimonium
idem administret, sibi absque difficultate solvit. l. 9. §. 5.
ff. d. adm. & per. tut. Nihilominus, quoniam tutoris &
pupilli jura atque actiones confundi non debent. l. 23.
ff. de Compens. nec audiendus est qui, quod ab alio de-
betur, vult compensare. l. 16. ff. d. Compens. creditoris-
que interesse in eo versatur, quod non cogitur com-
ensationem pati illius, quod alii, quàm debitori suo,
qui convenitur, debet. l. 18. §. 1. ff. eod. atque odiosa actio-
num alienarum redemptio, molestos adversarios obji-
ciendo, adjuvanda non est. a. l. 4. §. 1. ff. d. alienat. jud.
mut. caus. fact. (a) hanc sententiam in pronunciando
secuta est Fac. Jur. Lips. Mens. Mart. A. 702.

(a) Conf. *SIMON VAN LEUWEN Cens. For. Theor. Pract.*
Part. 1. libr. 4. c. 36. n. 21. seq. LAUTERB. Tract. Syn.
Pand. ad l. d. compens. n. 4. GOSW. ab ESBACH ad
Carpz. P. 1. C. El. §. d. 7. n. 6. Diss. ANT. FAB. in
C. l. 4. t. 23. d. 8. n. 6. seq. Conf. MÆSTERT. de Com-
pens. q. 9.

C 2

OBST.

019.

OBST. 1. Quod tutor pro pupillo solvere non prohibeatur. *a. l. 39. ff. d. neg. gest. &*, durante tutela, facile debere incipiat pupillo, adeoque illi non sit deneganda se hac ratione liberandi via. **RESP.** Alius pro alio solvere potest, sed non compensare, ut supra dictum. *a. l. 16. l. 18. §. 1. ff. d. Compens. &*posito, quod tutor pupilli debitor sit, non tamen vicissim pupillus ipsi debet, adeoque in alieno debito & in alterius persona compensationis ratio cessat. *dd. ll.*

OBST. 2. Id agendum esse interpretatione legum, ut tutela, pupillorum emolumento constituta, eorumdem haud cedat detrimento. *a. l. 7. C. ad Sc. Trebell.* Cum igitur procurator in rem suam compensare possit. *l. 9. C. d. Compens. j. l. 25. ff. d. procur. &* officium tutoris impedimento sit, quo minus inter pupillum tutoremque cessio fieri queat. *a. l. 1. l. 7. ff. auctor. tut. auctoritate juris eam pro facta haberi. a. l. 16. ff. d. R. J.* **RESP.** Diversum esse pupillare debitum propriumque tutoris creditum; proinde compensandi jus deficere. *l. 23. ff. d. Compens. l. 18. §. 1. ff. eod. &* cessionem fictam, absque legum assensu, introduci non oportere. *N. 18. c. 5. tutoremque pupilli utilitatibus, selvendo & sibi solutum ex administratione restituendo, aut retentione utendo, consulere posse. a. l. 18. §. f. ff. commod. l. 14. ff. d. dol. mal. & met. exc.*

CONTROV. X.

Hypotheca in praesentia trium testamentum

stium constituta beneficium
prælationis, publicæ hypothe-
cæ tributum, non habet.

IN Concursu Creditorum Jus Civile Hypothecam po-
steriorem instrumento publico datam privatæ præfert
hypothecæ priori. *l. ii. C. qui pot. in pign.* id quod etiam
hodie in judicando, nisi aliud specialiter sit introdu-
ctum, attendi fas est, ceu pron. *Fac. Jur. Lips. Mens. Jul.*
A. 700. (a) & quia publico instrumento hac in parte ex-
æquatam est idiochirum, probatæ atque integræ opi-
nionis trium vel amplius virorum subscriptiones conti-
nens. *d. l. ii.* nata hinc contendendi occasio, num hypo-
theca, in præsentia trium testium constituta, eodem bene-
ficio prælationis, cum hypothecis publicis, gaudeat?
Quod negandum esse ducimus: *Lex enim ii. C. qui pot. in*
pign. singulare jus, in præjudicium creditorum, qui pri-
vatam saltem hypothecam sunt nacti, introduxit & quasi
publicam, trium virorum subscriptione munitam, ean-
dem virtutem habere voluit, pro forma autem propriam
subscriptionem, non testimonium, virorum, non mulie-
rum, exegit, itaque forma ista, per meram testium deposi-
tionem, suppleri nequit. *a. l. 23. §. f. C. ad Sctum Vellej. j.*
l. 8. §. 17. ff. d. Transact. l. 15. §. 26. ff. d. Injur. (b) ita visum
Fac. Jur. Lips. Mens. Octobr. 701.

(a) BRUNNEM. de Concurf. cred. c. 5. §. 43. RICHTER.
de Jur. & Privil. cred. c. 4. Sect. 2. n. 61.

(b) Conf. COVARRUV. Pract. quest. c. 22. n. 5. BRUNNEM.
ad l. n. C. qui pot. in pign. n. n. Conf. MULLER ad
STRUV. Syn. Jur. Civ. Ex. 26. th. 26. lit. β. Diss. ME-
VIUS. P. 55. doc. 157.

OBST. 1. Quod prerogativam meruerit hypothea publi-
co instrumento munita praestata ista, quae privata scriptura
nitiur, quia haec scriptura contra tertium non probat
a. l. 6. C. d. Prob. fraudibus anticipationum obnoxia est.
a. l. n. C. qui pot. in pign. veritas autem fidesque rei ge-
sta etiam per depositionem testium patet. a. l. 12. ff. d.
test. RESP. reliquorum creditorum tertique praesudi-
cium non solum probationi veritatis, sed quoque disposi-
tioni circa formam probationis introducenda, ansam
dedisse, ceu ex testium numero, subscriptione & qua-
litate colligitur.

OBST. 2. Quod in exercendis litibus eandem vim ob-
tineant fides instrumentorum & depositiones testium
l. 15. C. d. fid. instrum. j. N. 73. c. 2. 4. RESP. l. 15.
complecti regulam, de probatione ordinaria constitu-
tam, quae suas patitur exceptiones. l. 10. ff. d. probat. &
locum perdit quoties per legem certa est determinata
probandi forma. e. N. 73. c. 8.



ULB Halle
003 913 04X


3



Slo







1043a

No: XXII

1710, 11

15

^{2.} D. B. V.
JURIS
CONTROVERSI
THEORETICO-PRACTICI
DECAS VII.

^{QUAM}
SUB PRÆSIDIO
DN. LÜDERI MENCKENII, JC.
CONSILIAR. REGII ET ELECT. DE-
CRETALIIUM PROF. PUBL. ET FACULTATIS
JURIDICÆ LIPSIENSIS ORDINARIJ, &c.
PATRONI ATQVE PRÆCEPTORIS SUI
SUBMISSO HONORIS CULTU ETATEM
DEVENERANDI

IN
AUDITORIO JCTORUM
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT
JO. VALENTINUS SCHMIDIUS,
LIPS.

AD D. VI. MART. A. M DCC X.

LIPSIÆ,
LITTERIS IMMANUELIS TITII.

119.

